



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XXI. Detestatio peccati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

In CONFUTATIONE preoccupabis hanc Objectionem: Iram cohibere admodum difficile est. Ed enim, si illi restiterint, fortiores ipsos judicare dicees: ut navigia præclara putantur, non quæ in tranquillo navigant, sed quæ feliciter tempestatibus superatis cursum tenent.

EPILOGUS monebit Auditores, ut mansuetudinis ac patientiæ præsiidiis contra hanc belluam continenter in acie dimicent, seu pugnent.

### XXI. DETESTATIO peccati.

EXORDIUM ab occasione temporis. Equissimum tibi videri, cum peccandi licentia sic invaluerit, quasi peccati nulla penitus turpitudine foret, aliquid in detestationem peccati commemorare, quo eius gravitas, turpitudine ac pestilentia rectius intelligatur.

CONFIRM. I. Locus à turpi. Quod turpe sit omnes res, etiam rationis expertes & inanimatas, ad finem naturaliter ipsis præscriptum tendere, hominem non solum turpiter per peccatum ab eo deflectere, præsertim cum rationem habeat & intellectum, quorum ductu finem suum facile assequeretur. Quid hoc indignius? O cæcas hominum mentes & alta caligine circumfusas!

Homo creatus est à Deo non ad peccatum sed ad divinum servitium.

II. Ab effectis seu incommodis. Nam peccatum mortale non solum multis BONIS donisq; spiritualibus hominem Christianum spoliatur; sed etiam multis magnisq; MALIS & calamitatibus eundem afficit, obruit, & immergit.

Sap. 14. v. 7.

PRIMÒ, Eum exturbat è gratia & amicitia Dei Opt. Max. familiaritate Spiritus Sancti. Similiter enim, auctore Sapiente, odio sunt Deo impius & impietas ejus. Tanto verò odio Deus peccatum maximè lethale, prosequitur, ut eius magnitudo nulla

nulla intelligentia humana vel Angelica compre-  
 hendi queat: quò enim aliquis majori bonitate  
 præditus est, hoc vehementius execratur mali-  
 tiam, & complectitur bonitatem. Cùm igitur  
 Deus infinita bonitate sit præditus, infinite, &  
 odit malitiam, & amat bonitatem: quare & ma-  
 los spoliat infinito bono in inferno, & bonos boni  
 infiniti participes facit in cælo. Accedit, quod  
 infinita quædam pravitas & perversitas sit in mor-  
 tali peccato, cùm, qui peccat, Deum infinita maje-  
 state præditum offendat. Restat ergo ut Deus  
 quoque infinito odio ab eo abhorreat. *Hic referes*  
 tanti odii quædam signa, hoc est, horrenda sup-  
 plicia, quibus Deus peccata inde à conditarum  
 creaturarum initiis castigavit. **LUCIFER** enim  
 Angelus nobilissimus, ob unum superbix lapsum,  
 cum multis Angelorum millibus, ex summo Dei  
 amico, repente factus est capitalis ejusdem inimi-  
 cus; ex pulcherrima creatura, teterrima & scele-  
 rissima inferni bestia. **ADAM**, omnium homi-  
 num parens, ad imaginem & similitudinem Dei  
 conditus, ob divini mandati, de non edendo po-  
 mo quodam, prævaricationem, & Paradiso extur-  
 batus, & cum tota posteritate in huius mortalis  
 vitæ ærumnas, quas indies experimur, præcep-  
 tus est. Quis ignorat totum **MUNDUM** quon-  
 dam ob peccata inundatione aquarum esse extin-  
 ctum? **PENTAPOLEM** igni & sulphure cœlitus  
 demisso deletam? **SAULEM** ob inobedientiam,  
**DAVIDEM** ob adulterium & cædem factam,  
 aliosque innumerabiles gravissimè à Deo puni-  
 tos? & omnes impios, imò quotquot in peccato  
 lethali vitam hanc claudunt, sempiternis ardere  
 flammis apud Inferos sine ulla spe salutis aliquan-  
 do consequendæ? **SECUNDÒ**, Peccatum mor-  
 tale privat hominem paterna Dei providentia.  
**TERTIÒ**, Participatione meritorum Christi, do-

*Peccatum  
 infinito odio  
 est dignum.  
 ergo homo  
 in has vise  
 nunquam  
 id condigno  
 odio prose-  
 qui potest.*

*Paradisus ob  
 peccatum  
 omnibus bo-  
 nis homini-  
 bus adimi-  
 tur, genus  
 humanum  
 in exilium  
 relegatur.  
 Mort in  
 mundum in-  
 roducitur,  
 defunctis vi-  
 ta, mortali-  
 bus cœlum  
 ocluditur,  
 infernus la-  
 rissimè pa-  
 tetur.  
 Basil in  
 Psal. 33.*

me egerit pœnitentiam. **Q**UARTÒ, Exiit ipsum donis Spiritus Sancti, & virtutibus infusus. **Q**UINTÒ, Pace & serenitate conscientia, ac consolatione Spiritus Sancti. **S**EXTÒ, communionem bonorum Ecclesiæ, piarumque Sodalitatum, quibus nomen dedit. **S**EPTIMÒ merito & fructu bonorum operum. **O**CTAVÒ, vita æterna, seu æternis beatarum mentium gaudiis. **N**ONÒ, Custodia Angelorum.

Mala, in quæ peccatum lethale hominem immergit, tam multiplicia & atrocia sunt, ut vel ad auditum eius nomen merito exhorrescere debeamus, atque si fulmen de cœlo caderet, vel infernus ad nos absorbendos dehisceret. **P**RI-MÒ enim hominem ex summo amico facit capitalem Dei hostem. *Adulteri, inquit B. Jacobus, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei* **S**ECONDÒ facit mancipium Diaboli: *Qui enim peccatum facit, ait S. Joan. Evangelista, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat.* **S.** Augustin. *pop. Antiach. ait: Unusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepta tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis.* **C**HRYSOST. ait hominem per peccatum deteriorem reddi diabolo. **S.** Hieronym. *Porta, ait, diaboli est peccatum, sicut homo iustus Spiritus Sancti porta. Et: Damonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio, & universa vitia.* **T**ERTIÒ facit servum peccati: *Qui enim facit peccatum, ait Christus, servus est peccati, & B. Petrus: A quo quis superatus est, huius servus est.* **S.** Chrysostr. *Barbarum, inquit, est peccatum, tyrannidem exercens in animam semel captam. Hanc tyrannidem graphicè describit. Orat. 4. de Lazaro. Eadem in se expertus S. August. ita scribit: Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Idem ait, Bonus etiamsi seruiat, liber est; malus*

4. 4. v. 4.  
1 Ioan 3. v. 8.  
In exposit.  
propos Epist.  
ad Rom.  
Hom 30. ad  
pop Antiach.  
In c. 4 Epist.  
ad Ephes.  
Ad Dama-  
sum.  
Ioan. 8. v. 34  
2. Pet. 2. 19.  
In 1 Epist. ad  
Cor Hom. 19.  
Lib. 8. Conf.  
c. 5. & 10.  
2. de Civ. Dei  
cap. 3.  
In Psal. 138.  
Hom. 24. in  
Matth.

malus autem etiamsi regnet, servus est, nec unius hominis, sed quod est gravius, tot dominorum, quot viorum. **Q**UARTÒ, dignum hominem reddit ut deleatur è libro vitæ, & in æternum damnetur, seu æternis tormentorum suppliciis mactetur. **Q**UINTÒ facit hominem 1. ex sapiente stultum. *Prov. 24. Cogitatio stulti peccatum est.* 2. ex mansuetum ferum & crudelem. *S. Chrysof. Homo, ait, qui scelus meditatur & multis personis se induit, longè difficilium cavetur, quàm fera.* Et: *Diabolus hominem justum non audet accedere: homo autem (malus) non solum non timet sanctum hominem, sed etiam contemnit.* 3. ex puro & nitido sordidum & foetentem, *B. Petrus comparat peccatores sui lotæ in volutabro luti. Huiusmodi fuit filius prodigus, qui vescebatur porcorum siliquis.* 4. reddit hominem è sano ægrum, è vivo mortuum. Unde *B. August. peccata vocat animæ febres, S. Chrysof. gravem paralyfim, Basil. in c. 1. Esaiæ, elephanticum morbum, aut lepram animarum, Gregor. & Ambr. mortem ipsam.* **S**EXTÒ Peccata sunt causæ omnium calamitatum & malorum. Hinc *Christus dixit paralytico: Noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius fiat. Hic per Apostrophem ad peccatorem te convertens, dicas: Aspice quisquis foeda peccandi consuetudine delectaris, hominem propter peccatum ex nobilissimo factum esse miserimum: cerne vulnera, vide stragem, & infinitatem malorum intuere. Quibus malis si leve remedium adhibitum esse censes, erras profectò. Non prius hæc tam dira vulnera sanari potuere, non humanum genus in pristinum suum statum redire potuit, quàm unigenitus Dei filius de summo cæli fastigio in hæc terras sese demitteret, & ad omnem miseriam, adeoque mortem Crucis perferendam sese offerret. Hic exaggerabis atrocitatem Passionis Christi, dicesque, CHRISTUM* *1. Pet. 4. v. 1.*

2. Pet. 2. 22.

Luc. 15.

Psal. 37. v. 6.

Putruerunt

&amp; corruptæ.

c. 8.

Libro de de-

cem chordis

c. 8.

Ad pop. An-

tioch. Hom.

40. 12. Mor.

c. 6. in c. 12.

Epist. ad Heb.

Psal. 53. v. 52

Vide Bern.  
ser. 3. de Na-  
tali Christi.  
Syr. 21.

tam dira perpeffum esse ad expianda peccata no-  
stra, ut nos gravitatem peccati inde disceremus, &  
ab eo deinceps majori studio abstineremus.

III. *Locus ab Exemplis* eorum qui mori ma-  
luerunt, quàm peccatum aliquod committere, de  
quibus consule *Speculum bonorum Clericorum*.

*EPILOGUS* erit *vehemens cohortatio ad Audito-  
res* ut, peccatum velut aspectum colubri & pra-  
sentissimam tum corporis tum animæ pestem, pe-  
petuis gehennæ ignibus examinandum, devitent.

**XXII. EVANGELICORVM RELI-  
gionem, Catholica repudiata, ample-  
tendum esse.**

**P**resensium temporum perturbatio praebebit. **EXOR-  
DIUM**: Si vel temporum testes historias, vel se-  
niorum mentem exquiramus, eam nostri seculi  
pravitatem intelligemus, ut vix alicui superiorum  
par esse possit. Causa autem tantorum malorum  
Religionum videtur esse diversitas.

**PROPOSITIO.** *Quare tibi constitutum esse di-  
ces*, certissimam prodere rationem, tot tantasque  
arumnas penitus avertendi, si nimirum aliis reli-  
gionibus Christianus populus novotium mittat u-  
nique, quam clarissimo nomine Evangelicam di-  
cunt, adhærescant.

**CONFIRM. I. Argumentum**, Illa fides tene-  
da, quæ privatorum contentiones Principumque  
bella dirimit, cum bella maximo agmine comi-  
tentur hominum cædes, urbium everfiones, pro-  
vinciarum devastationes, &c. At Evangelicorum  
fides bella contentionesque dirimit. *Hanc assum-  
ptionem probabis PRIMÒ, à causa efficiente*: vel sola,  
vel potissima calamitatum procreatrix est religio-  
num diversitas: quam cum optimè unica Evan-  
gelicorum religio tollat, etiam eius fœdus, bella  
& contentiones tollentur. **SECUNDÒ, Ab exem-  
plo**